A. D. 1926 CURRENDA Nrus XI

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

UROCZYSTOŚĆ Św. STANISŁAWA KOSTKI

W tym roku przypada dwóchsetna rocznica kanonizacji św. Stanisława Kostki. Cała Polska obchodzi ją bardzo uroczyście, a szczególnie młodzież przygotowuje się do godnego uczczenia swojego Patrona. Szkoły obchodzić będą tę uroczystość 13 listopada, a dla parafij polecamy odprawić uroczyste nabożeństwo 14 listopada. — Już 7 listopada zapowiedzą Wielebni XX. Proboszczowie to święto i zachęcą młodzież męską, by przystąpiła do spowiedzi w sobotę, w wilję uroczystości; w niedzielę niech weźmie młodzież gremjalnie udział w nabożeństwie i przystąpi do Komunji św. Msza św. ma być śpiewana z wystawieniem Najśw. Sakramentu w monstrancji — kazanie o św. Stanisławie. Po południu, gdzie warunki na to pozwoią, niech się odbędzie uroczysty obchód, urządzony przez młodzież, z udziałem starszych a szczególnie rodziców, o programie obejmującym odczyt, śpiewy, deklamacje i t. p. produkcje, celem uczczenia św. Stanisława.

SANCTUS IOANNES A CRUCE CONFESSOR EX ORDINE CARMELITARUM EXCALCEATORUM, DOCTOR ECCLESIAE UNIVERSALIS RENUNTIATUR

PIUS PP. XI.

Ad perpetuam rei memoriam. — Die vicesima septima m. decembris a. MDCCXXVI rec. mem. Decessor Noster Benedictus PP. XIII in Sanctorum numerum retulit S. Ioannem a Cruce, qui, primus Ordinis Excalceatorum Carmeli professor, una cum Theresia a Iesu Carmelitarum Ordinem reformavit. In Bulla autem canonizationis non modo Sancti ipsius, ob austeritatem omniumque virtutum exercitationem, mirabilis vita, sed eiusdem quoque scientia sacris in rebus amplissime laudatur; et re quidem vera Deus illum providentissimus excitaverat saeculo sextodecimo, inter ceteros doctrina ac sanctitate perinlustres viros, quibus tunc temporis Ecclesia Catholica fulsit, ut mysticae Christi Sponsae illatas ab haereticis protestanticis iniurias ac damna reficeret erroresque peculiares refutaret. Natus ipse in oppido *Fontiveros*, intra Hispaniae fines, nuncupato, die XXIV m. iunii a. MDXXXII, ac vicesimoprimo aetatis suae anno Carmelitarum

Ordinem ingressus, in celeberrimo athenaeo Salmantino philosophicas ac theologicas disciplinas didicit. Anno, quo etiam auctus est sacerdotio, MDLVII, sanctam Theresiam novit, quae cum iam Carmeli sorores ad strictionem observantiam adduxisset, huiusmodi reformationem ad religiosos quoque viros Carmelitarum Ordinis producere admodum cupiebat. Sanctae Theresiae optatis plene adhaerens Ioannes inceptisque studiosissime favens, habitum Carmelitarum Reformatorum induit eorundemque Regulae observantiam iniit. Tyronum magister propterea ac primus conlegii Alcalensis de Henares moderator renuntiatus est; at paulo post sororum Carmelitarum veteris observantiae Abulae confessarius nominatus, per vim captus in carcerem coniicitur. Novem per menses in vinculis detentus, ad christifidelis animae cum Christo sponso mysticam unionem celebrandam, atque ad effectus orationis multiplices ac suaves affectusque declarandos, *Canticum Spirituale* conscribit, quod serius considerationibus quoque notisque explanavit. Mirabili modo e carcere liberatus, in coenobio, antea, quod a Calvario nuncupatur, in ceteris, postea, domibus, quas officiorum suorum causa incoluit, alia parat scripta, quibus, quasi superno lumine inlustratus, perfectionis semitam, perspicua caelestium charismatum commentatione, animabus ostendit. Licet de arduis ac reconditis argumentis agant, *Adscensus ad Carmelum*, *Obscura Nox*, *Flamma amoris viva* ac nonnula alia ab ipso exarata opuscula atque epistolae, tanta nihilominus spirituali doctrina pollent, atqua ita ad intuitum legentium aptantur, ut merito codex et schola animae fidelis videantur, quae perfectiorem vitam aggredi studeat. Recte igitur in Canonizationis bulla Ioannem a Cruce „libros de Mystica Theologia caelesti sapientia refertos" conscripsisse affirmatur; atque huiusmodi magni momenti iudicio fere omnes postea adhaesere. Tantam enim progressu temporis in mystica ascesi nactus est auctoritatem Ioannes post mortem suam, quae anno salutis MDXCI accidit, ut sacrae disciplinae scriptores et sancti quidem viri continenter in eo ipso magistrum sanctitatis pietatisque experti sint, atque ex ipsius doctrina scriptisque, quasi e christiani sensus atque Ecclesiae spiritus limpido fonte, in spiritualibus rebus pertractandis hauserint.

Nil mirum itaque quod iam anno MDCCCXCI nonnuli Cardinales, una cum hispanicis Episcopis, tertio occurrente anno centesimo ab obitu S. Ioannis, enixas Decessori Nostro Leoni Pp. XIII preces adhibuerint, ut Doctorem Ecclesiae eundem Sanctum declarare dignaretur; postea vero hac de re vota quam plurima tum catholicarum Studiorum Universitatum moderatores tum Religiosorum Coetuum praelati ad hanc Sanctam Sedem continuo tulerunt. Quapropter cum hodiernus Praepositus generalis Ordinis Carmelitarum Excalceatorum, secundi canonizatione anni saecularis, proxime celebrandi occasionem nactus, unanimis Capituli generalis sui Ordinis optata referens, Nos modo suppliciter exoraverit, ut ipsum Ioannem a Cruce Doctoris Ecclesiae titulo exornare velimus, atque votis huiusmodi tum S. R. E. Cardinales, tum Archiepiscopi atque Episcopi quam plurimi, nec non conspicui sive e clero sive e popularibus, sive denique e Studiorum Institutis coetibusque viri suffragentur, Nobis peropportunum visum est tam magni momenti rem pro voto ac sedulo studio Sacrae pro Ritibus tuendis Romanae Congregationi committere; quae mandato Nostro parens ex officio ad rem idoneos examinandam viros deputavit. Exquisitis itaque atque obtentis eorundem separatis suffragiis atque etiam praelo impressis, illud tantum supererat ut Sacrorum Rituum Congregationi praepositi rogarentur an, consideratis tribus, quae post rec. mem.

Decessorem Nostrum Benedictum Pp. XIV in Ecclesia universalis Doctore enumerari solent, requisitis: insigni, scilicet, vitae sanctitate, eminenti doctrina, ac Summi Pontificis declaratione, procedi posse censerent, ad Sanctum Ioannem a Cruce Doctorem Ecclesiae universalis declarandum; atque in ordinario conventu die XXVII mensis iulii, proxime elapsi, in Aedibus Vaticanis habito, S. R. E. Cardinales Sacrorum Rituum Congregationi praepositi, a venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi ac S. Rufinae, eiusdem Sacrae Congregationis Praefecto debita rerum relatione facta, audito quoque dilecto filio Carolo Salotti, Fidei promotore generali, sententiam affirmativam, unanimi consensu, dixerunt. Quae cum ita sint, Nos, votis Carmelitarum Excalceatorum omnium ceterorumque suffragatorum ultro libenterque concedentes, praesentium Litterarum tenore, certa scientia ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, Sanctum Ioannem a Cruce, confessorem, Ecclesiae universalis Doctorem constituimus, declaramus. Non obstantibus constitutionibus atque ordinationibus Apostolicis ceterisque in contrarium facientibus quibuslibet. Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere: suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXIV mensis augusti anno MDCCCCXXVI Pontificatus Nostri quinto.

P. CARD. GASPARRI, *a Secretis Status*

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

ROMANA ET ALIARUM

CELEBRATIONIS MISSAE DOMI PRAESENTE CADAVERE

In plenariis comitiis Emorum Patrum H. S. C. habitis die 18 decembris 1925 et die 30 aprilis 1926, postulantibus nonnullis locorum Ordinariis, nempe Valentin., Compostellan., Pampilonen. aliisque, propositum fuit dubium: „Utrum Ordinarius, vi canonis 822, § 4, permittere possit, absque indulto Apostolico, celebrationem unius vel plurium Missarum domi, praesente cadavere, quando haec celebratio postulatur a parentibus defuncti".

Re manere perpensa et dubio reformato, quaestiones et responsiones ab Emis Patribus propositae editaeve fuerunt uti sequitur:

I. „Utrum Ordinarius vi canonis 822, § 4, permittere possit Missae celebrationem domi praesente cadavere in loco vulgo *camera ardente*".

R. „*Negative*, nisi agatur de casu aliquo extraordinario, exstante iusta et rationabili causa: et hoc etiam in casu, dummodo cadaveris expositio fiat servato debito decore, ac in eodem loco nihil adsit quod sit alienum a sanctitate divini Sacrificii".

II. „Quando censendus sit haberi casus extraordinarius, vi cuius, concurrente iusta et rationabili causa, permitti possit ab Ordinario Missae celebratio, et utrum unius tantum aut plurium Missarum celebratio permitti possit?"

R. „Casum extraordinarium haberi, unaque simul iustam et rationabilem causam, occasione obitus Episcopi residentialis, seu loci Ordinarii, aut personae e principe familia, aut aliter insignis ob merita et benefacta in Ecclesiam vel in rempublicam, vel ob munificentissimas elargitiones in pauperes et egenos; itemque personae huiusmodi privilegio Apostolico iam ornatae; dummodo semper debitae exsequiae expleantur in ecclesia".

„Tunc Ordinarins permittere poterit unius aut alterius Missae, sed non plus quam trium Missarum celebrationem: abrogato indulto Sacrae Rituum Congregationis diei 29 aprilis 1894 et contrariis quibuscumque minime obstantibus; *facto verbo cum SSmo*".

In audientia diei 3 maii 1926 Ssmus Dnus Noster Pius Papa XI, audita relatione facta ab infrascripto Secretario huius Sacrae Congregationis, decisionem Emorum Patrum in omnibus ratam habuit e confirmavit.

M. CARD. LEGA, *Praefectus*

L. † S. † ALOYSIUS CAPOTOSTI, Ep. Thermen., *Secretarius*



PONTIFICIA COMMISSIO AD CODICIS CANONES AUTHENTICE INTERPRETANDOS

RESPONSA AD PROPOSITA DUBIA

Emi Patres Pontificiae Commissionis ad Codicis canones authentice interpretandos, propositis in plenario coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I. *De substitutione in choro.*

D. An ad substitutionem in choro *in casibus particularibus*, de quibus in can. 419, § 1, requiratur venia S. Sedis vel saltem licentia Ordinarii aut Capituli.

R. Negative.

II. *De mutatione Superiorum religiosorum.*

D. An praescriptum canonis 505 comprehendat etiam Societates, de quibus canones 673—681 agunt, earumque domus, quae non sint vere et proprie religiosae sed externae seu non pertinentes ad Societatem, in quibus nempe sodales pauci numero adhiberi solent, ex. gr., in Seminariis, scholis, nosocomiis.

R. Affirmative ad normam responsi diei 3 iunii 1918.

III. *De fidei professione.*

D. An Superiores in Societatibus clericalibus sine votis, de quibus agunt canones 673—681, fidei professionem ad normam canonis 1406, § 1, n. 9 emittere teneantur.

R. Affirmative.

IV. *De paroeciis religiosis.*

D. An vi canonum 631, § 3; 535, § 3 n. 2; 533, § 1 nn. 3, 4, loci Ordinarius ius habeat exigendi rationes de administratione fundorum legatorumque paroeciae religiosae, de qua in canone 1425, § 2.

R. Affirmative, firmis praescriptis canonum 630, § 4; 1550.

V. *De impedientibus iurisdictionem ecclesiasticam.*

D. Utrum ad incurrendam excommunicationem, de qua in can. can. 2334 n. 2, sufficiat recursus ad laicalem potestatem causa impediendi exercitium iurisdictionis ecclesiasticae, an requiratur praeterea ut recursus suum sortiatur effectum.

R. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, firmo tamen praescripto canonis 2235.

Romae, die 25 iulii 1926.

P. CARD. GASPARRI, *Praeses*

IOSEPH BRUNO, *Secretarius*

Facultates tribuuntur in foro confessionali

1. Omnes PT. Capitulares et PT. Decanos foraneos delegamus usque ad revocationem ad absolvendum a censura ob procurationem abortus contracta; alios vero confessarios in Confessione tantummodo fidelium, qui missiones seu recollectiones peragunt, eadem facultate exornamus.

2. Tribuimus facultatem absolvendi a peccatis iurisdictioni Nostrae reservatis iis confessariis, qui in solemnitate cum indulgentiis celebrata (odpust) in Zawada ad Dębica, fidelium confessiones excipiunt.

Pierwszy Zjazd Zw. Mis. Kl. diecezji tarnowskiej

Dnia 14 września odbył się w auli Seminarjum duchownego w Tarnowie pierwszy Zjazd Zw. Mis. Kl. diecezji tarnowskiej. Obrady po modlitwie zagaił J. E. Ks. Biskup Dr Wałęga, podnosząc ważność sprawy misyjnej i zachęcajac do pracy w tym kierunku. Następnie po wyborze ks. infułata Wilczkiewicza z Bochni na przewodniczącego zebrania, a ks. Stanisława Króla na sekretarza, wygłosił ks. prałat Dr Lubelski, dyrektor diec. Zw. Mis. Kl. referat na temat: S p r a w a m i s y j n a, j e j z n a c z e n i e i s t a n o b e c n y. Przy końcu referatu zdał sprawozdanie ze stanu Zw. Mis. Kl. w diecezji.

Rozpoczęła się długa i ożywiona dyskusja, po której uchwalono jednogłośnie następujące wnioski:

1. Zebrani uchwalają zaprenumerować dla siebie „Misje Katolickie" i rozszerzać pomiędzy wiernymi pisma misyjne.

2. Zebrani uchwalają zachęcać do wstępowania w szeregi Zw. Mis. Kl. tych kapłanów, którzy jeszcze doń nie należą, tak, by ani jednego kapłana w diecezji nie było, któryby nie był członkiem Związku.

3. Zakładać po szkołach Stowarzyszenie św. Dziecięctwa Pana Jezusa, a po parafjach Dzieło Rozkrzewiania Wiary.

4. W uroczystość Trzech Króli i Zielonych Świątek głosić kazania o znaczeniu misyj.

5. Starać się po parafjach, szkołach i stowarzyszeniach wyświetlać obrazy i filmy misyjne.

6. Zbierać znaczki pocztowe i zachęcać do ich zbierania na cele misyjne.

7. Prosić Najprz. Ordynarjat o wyznaczenie na konferencje dekanalne tematu: Co robić należy dla rozbudzenia idei misyjnej wśród wiernych? i polecenie zakładania po szkołach Stowarzyszenia św. Dziecięstwa Jezus, a po parafjach Dzieła Rozkrzewiania Wiary.

Związek Mis. Kl. liczy obecnie w diecezji tarnowskiej 274 członków. Dyrektorem jest ks. prałat Dr Józef Lubelski, skarbnikiem ks. Franciszek Mróz, prepozyt XX. Filipinów, a sekretarzem ks. Stanisław Król, katecheta w Tarnowie.

Dnia 23 września b. r. odbyło się pierwsze posiedzenie Rady diecezjalnej Związku, na którem po omówieniu rozmaitych spraw uchwalono:

1. Rozesłać członkom nowe Statuty Związku.
2. Wezwać tych księży, którzy do Związku jeszcze nie należą, by się doń zapisali.
3. Upomnieć się o zaległe wkładki.

Wszelkie wkładki zaległe i wpisowe należy posyłać na ręce ks. Franciszka Mroza, prepozyta XX. Filipinów w Tarnowie.

L. 5923

O popieraniu Tow. Misyjnego i Instututu Misyjnego w Lublinie

Prezydjum Tow. Misyjnego wysłało do wszystkich XX. Proboszczów w całej Polsce odezwę, z prośbą o pomoc materjalną dla Tow. Misyjnego i jego dzieła, Instytutu Misyjnego w Lublinie, które znajduje się w bardzo trudnych warunkach materjalnych.

Odezwę tę gorąco polecamy życzliwości i gorliwości XX. Proboszczów.

L. 6134

Zawieranie małżeństw przez poborowych i popisowych

Ministerstwo Spraw Wojskowych, Departament I Piechoty. L. dz. 29242/Pob. Ew. Warszawa, dnia 11 września 1926 r. — Wobec mającej nastąpić nowelizacji art. 83 ustawy o powszechnym obowiązku służby wojskowej, polecam udzielać zezwoleń na zawarcie związku małżeńskiego popisowym i poborowym, wymienionym w rozkazach M. S. Wojsk., Dep. I Piech., L. dz. 26909/Pob. Ew./25 z 18 stycznia b. r. i 10436/Pob. Ew. z 16 kwietnia b. r., bez żadnych ograniczeń w tych wypadkach, w których władze administracyjne I-ej instancji stwierdzą konieczność zawarcia małżeństwa ze względów majątkowych, rodzinnych lub moralnych.

W związku z tem należy w rozkazie M. S. Wojsk., Dep. I Piech., L. dz. 26909/Pob. Ew./25 z 18 stycznia b. r., na str. 2, dwa ostatnie ustępy, zaczynające się od słów: „Prośby o zezwolenie..." i „Zezwoleń udzielać należy..." skreślić, a w ich miejsce wpisać co następuje:

„Prośby o zezwolenie na zawarcie związku małżeńskiego należy wnosić do właściwych władz administracyjnych I-ej instancji, które stawiają wniosek na udzielenie lub nieudzielenie zezwolenia, kierując się przytem względami natury majątkowej, rodzinnej lub moralnej petenta i tak uzupełnione prośby przesyłają komendanci właściwej P. K. U.

Komendanci P. K. U. udzielają zezwoleń bez żadnych ograniczeń w tych wypadkach, w których władze administracyjne stwierdzą konieczność zawarcia małżeństwa ze względów majątkowych, rodzinnych lub moralnych.

W imieniu Ministra Spraw Wojskowych: II Vice-minister (—) *Fabrycy*, Generał Brygady

Za zgodność odpisu: Kierownik Kancelarji Departamentu I (—) *Chmielowski*, Porucznik

---

(Odpis). *Ministerstwo Spraw Wewnętrznych. Nr. AW. 902/26. Warszawa, dnia 25 września 1926 r. Przedmiot:* ***Zawieranie małżeństw przez osoby obowiązane do służby wojskowej.*** *Okólnik Nr. 96. Panom Wojewodom (wszystkim), Panu Komisarzowi Rządu w/m* — przesyłam do wiadomości, celem wydania dalszych stosownych zarządzeń podwładnym władzom administracyjnym I-ej instancji.

Naczelnik Wydziału: (—) *Pieracki*, Płk. Sztabu Gen.

Województwo Krakowskie, Wydział Prezydjalny. L. Pr. 5786/3 ex 1926. Kraków, dnia 8 października 1926 r. Najprzewielebniejszemu Konsystorzowi Biskupiemu w Tarnowie — przesyłam do wiadomości w ślad za tut. pismem z dnia 5 marca 1926 r. L. Pr. 1394/3.

Wojewoda: w z. (—) podpis nieczytelny

L. 5558

Nowy Rytuał

Jeszcze w roku 1923 Episkopat Polski zaaprobował opracowany przez Komisję Rytuał dla Polski i postanowił zwrócić się do św. Kongregacji Obrzędów o jego zatwierdzenie.

W roku bieżącym, 12 maja, św. Kongregacja zezwoliła na druk przedłożonego Jej Rytuału; poczem, gdy przedstawione zostaną do tejże Kongregacji Obrzędów dwa egzemplarze wydrukowanego już Rytuału, położy na nim Swoją aprobatę.

Druku tego dzieła o historycznem znaczeniu podjęła się Drukarnia Katolicka w Katowicach. W ciągu półrocza Rytuał będzie wydrukowany na papierze indyjskim, w rozmiarach 15×8 1/2 cent., w dwu kolorach z czerwonemi obwódkami, czcionkami wyraźnemi, mniej więcej 1000 stronic. Cena egzemplarza obrachowana jest na 20 Zł, łącznie z oprawą skórzaną.

Po wydrukowaniu Rytuału dla Polski będzie jedynie on u nas obowiązywał.

Koszta druku obciążą wszystkie kościoły obrządku łacińskiego; każdy kościół obowiązany będzie nabyć 2 egzemplarze Rytuału.

Zechcą przeto P. T. Kapłani rychło nadesłać do Kurji Biskupiej przedpłatę na Rytuał.

Z piśmiennictwa

Ateneum Kapłańskie. Miesięcznik, wychodzący pod kierunkiem XX. Profesorów włocławskiego Seminarjum duchownego. Prenumerata z przesyłką pocztową wynosi 25 Zł rocznie. (Włocławek – Seminarjum duchowne – konto czekowe P. K. O. w Warszawie Nr. 63.144).

Pismo to gorąco polecamy P. T. Duchowieństwu.

Zmiany wśród Duchowieństwa

Zamianowany komisarzem do nauki religji w dekanacie radłowskim ks. Ludwik Tokarz, proboszcz w Szczurowej.

Odznaczeni Rokietą i Mantoletem: ks. Antoni Działo, proboszcz w Gawłuszowicach; ks. Ignacy Poniewski, proboszcz w Lisiej Górze; ks. Ignacy Rajczak, proboszcz w Jurkowie/Ż.

Exposit. canon.: ks. Wojciech Kornaus, proboszcz w Radłowie; ks. Michał Sroka, proboszcz w Baranowie; ks. Wojciech Huza, emeryt w Grybowie.

Moderatorem diecezjalnym dla Sodalicyj Marjańskich uczniów szkół średnich zamianowaliśmy ks. Dra Józefa Młodochowskiego, katechetę II Gimnazjum w Tarnowie.

Egzamin konkursowy w terminie jesiennym b. r. złożyli XX.: Michał Ćwik, Jan Granicki, Michał Lisowski i Jan Rzepka.

Z KURJI BISKUPIEJ

W Tarnowie, dnia 25 października 1926

† LEON
Biskup

Ks. Roman Sitko
kanclerz

Nakładem Kleru Diecezjalnego Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie